



Heroicarvm Et Ecclesiasticarvm Quaestionvm Libri VI.

Sex libris prioribus universa Regalium, Iurisdictionis Ecclesiasticorum
Temporalis Et Constantinianae Donationis ratio discuritur ... contra
profanas & vanas cuiusdam Bodini novitates

De Satvrnino Permvttationis Beneficialis (Etiam Triangvlaris) - iure
Commentarius ad omnes Pontificum Constitutiones hûc pertinentes;
contra sceleratas & impias Ecclesasticorum beneficiorum mundinationes &
heriditarias quasi successiones

Epo, Boetius

Duaci, M.D.LXXXIIX.

212 Obedientiary Prioratus an permutari posint, & beneficia manualia, &
vnde dicantur manualia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61721)

altero non habente ius ideoque suum recuperare vel potius ad suum redire nequaquam prohibiti, licet alter compermutas omni remedio destituatur. Quidnam de Comendatariis dicitur? poteruntne permutare vel inter se vel cum aliis, nec ne? Non poterunt sine consensu commendantis; eo quod non domini vel quasi domini seu proprietarii sint, id quod hic requiritur, sed administratores duntaxat iique temporarii, donec absolute de beneficio constituantur c. nemo deinceps. §. de Elect. quod post Interp. nonnullos alios antiquiores prudenter adnotavit Ioan. de Selua sui Tract. de Benef. parte 3. q. 33. nu. 2. ne pluribus nunc ociose recedendis immoremur. praesertim cum sit evidens, huiusmodi comendas quae dicuntur, privilegio mere personali quod in alios transire nequit quibusdam solere committi.

Non importune fortassis hoc loco quaeri posset de Prioratibus obediensariis, qui dicuntur, ab alio videlicet monasterio dependentibus & eius Abbati subiectis, an & hi veniant in permutatione: sed quoniam tales priores ad nutum Abbatis quocumque tempore reuocari possunt, unde obediensarii dicuntur & ipse prioratus nominatur Obediensaria. c. 2. §. prioratus quoque & c. cum ad monast. §. Tales. vers. nec alicui committatur aliqua Obediensaria perpetuo possidenda. de statu monach. & can. Regul. nec titulum dicuntur habere perpetuum, superioribus conformiter dicimus permutari prioratus istos vel inter se vel cum beneficiis aliis non posse. nec enim priores isti possunt iure suos appellare Prioratus,

h iij quos

211
*An Comen.
de permuten-
tur.*

212
*Obediensarii
Prioratus an
permutari
possint, &
beneficia ma-
nualia, &
unde dicatur
manualia.*

quos ad incertissimum tantum tempus habent sibi commissos non autem ad totam suam vitam. Cuiusmodi beneficia frequenter a nostris nuncupantur manualia, fortassis ob id quod semper in manu seu potestate sint & libera reuocatione concedentis. Quidsi quis igitur Prioratum talem a summo Pontifice ad vitam usque suam impetrauerit, maximè extraneus. i. non eiusdem sed alterius monasterij monachus at tamen in monasterium illud unde Prioratum diximus dependere translatus? cuius rei varia semper extiterunt exempla. c. cum singula. §. vlt. §. de præbend. latissimè DD. ad c. vlt. §. de off. ord. & omnium commodissimè Panormitanus in c. ad nostram audientiam. nu. 7. & 8. de confirm. vtil. vel inutil. vbi quaestionem tractat satis quotidianam, ut ipse ait, an Abbas talem Pontificium impetratorem possit reuocare domum. Sed ad nostram quaestionem quod attinet, certissimè est, Prioratum sic impetratum permutari sine consensu summi Pontificis nullo modo posse; cum liberalitas hæc Pontificis merè sit personalis contra propriam ac genuinam Prioratum istorum naturam: sed Pontifice permutationem probante & admittente, quidni liberalitas ulterius progrediatur? qua de re Senensis d. tract. de permut. quæst. 17. Qui tamen in eo mihi non probatur quod & merè manualia, quantumlibet in totam vitam a Pontifice nondum concessa, rectè permutari putet. quæst. 16. nam quomodo suum poterit vocare Prioratum qui proprius

non

213

Quidsi Prioratus obedientialis per monachum extraneum ab ipso Pont. impetretur ad vitam?